UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate// librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXIIII Quod oratio tu[n]c pretiosior sit, cum ei eleemosyna co[n]iuncta fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

Visual Library

chrymis vel gemitu quotidie in oratione deo confi
teatur, & caueat ne ad hoc rurſus proruat quod ſe
fletibus planxiſſe cognoſcit. Meminiſci em̄ debet q̄d
dicitur: Ne iteres verbū in oratione tua. Quo videli- Eccl. 7.
cet dicto vir ſapiēs nequaq̄ nos prohibet ſæpe veni
am petere, ſed culpas iterare. Acſi aperte dicat: Cum
mala geſta defleueris, nequaq̄ rurſum facies, quod
in precibus iterum plangas.

Quod oratio tunc prætioſior ſit, cum ele emoſyna cōiuncta fuerit. Cap. XXIIII.

ORantes autē non infructuoſis nec rudis pre-
cibus ad deum veniant. Inefficax petitio eſt Cyp.
cum precatur deum ſterilis oratio. Nam cū
omnis arbor non faciēs fructum bonum excidatur
& in ignem mittatur, vtiq; & ſermo non habens fru
ctum promereri deum non poteſt, qui nulla opera-
tiōe fœcundus eſt. Et ideo diuina ſcriptura inſtruit,
dicens. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Tob. 12.
Nam qui in die Iudicij prēmium pro operibus & ele
emoſynis redditurus eſt, hodie quoq; ad orationem
cum operatiōe veniēti benignus auditor eſt. Sic de- Actu. 10.
niq; Cornelius cēturio cum oraret meruit audiri: Fu
it faciēs multas eleemoſynas in plebe, & ſemꝑ orās
deum. Huic circa nonam horam aſtitit angelus teſti
monium reddēs ſui opis & dicēs Cornelio: Oratio-
nes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memori Grego.
am coram deo. Cito orationes ad deum aſcendūt,
quæ ad eum merita noſtri operis imponunt. Vnde
& per Hieremiam prophetam dicitur. Leuem⁹ cor-

Tre.3. da noſtra cum manibus ad deum. Ad deum quippe corda cum manibus leuare, eſt orationis noſtræ ſtudium cum merito boni operis imponere. De hoc & Leo pa. ſanctus Leo papa. Oratione enim & propitiatio dei quęritur, ieiunio cōcupiſcētia carnis extinguitur, eleemoſynis pctā redimuntur. In orationibus fides ꝑmanet recta, in ieiunijs innocēs vita, in eleemoſynis mens benigna.

De ieiunio exterioris interiorisq; hominis. Caput XXV.

IEiunium vniuerſam eſſe dicimus corporis caſti Aug. gationē. Non eſt tantummodo ieiunandum à concupiſcētia ciborum ſed ab omni lætitia temporalium delectationum. Qui igitur corpori ſuo ieiunia deuotus inijcit principaliter renuntiet vitijs. Cupiditatum fomites cōprimat, frāgat ineptus mētis, libidines vincat, faces auaritiæ ardētis extinguat, latiusq; factis vim dilectionis extēdat, atq; in alimēta pauperum abrupti apparatus impēdia largiatur. Omnia ergo corporis nefanda peccata animi virtute calcentur, vt & anima ſanctitate corporis adiuuetur. Hoc eſt eñ perfectum & rationabile ieiunium, Iſido. quādo noſter exterior homo ieiunat, interior orat. Facilius per ieiunium oratio penetrat cælum, ieiunia fortia tela ſunt aduerſus tentamenta dęmoniorum. Cito eñ per abſtinētiam deuincuntur. Ieiu-Nota nia cum bonis operibus deo acceptabilia ſunt. Qui autē cibis abſtinent & praue agunt, dæmones imitātur, quibus eſca non eſt, & nequitia ſemper eſt. Ille